



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Decretum. XLVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

**Canonicus** in ædib<sup>9</sup> ca nonicibus habiter.

**aeri impedimento**, quin matrimonium cum illa contrahere possit; nisi prius ea fides Mediolani ab Archiepiscopo, in Diæcesi vero à Vicario foraneo sit comprobata.

## Decretum. XXXIX.

**CANONICVS** qui in ædib<sup>9</sup> canonicalium ambitu domicilium habet, in quo honestè habitare potest, in eo habebit cibum capiat, & dormiat.

**Qui** non paruerit, pro residente non habetur; nisi Archiepiscopus facultatem ei concesserit alibi commorandi: si autem idem in residentium numero nondū est adscriptus, penam luat Archiepiscopi arbitrata.

## Decretum. XL.

**Canonicus** approbatus statim fructum pariceps sit.

**QV**I dignitatem Canonicatumve obtinebit, si examine primum habito is probatus est, & idoneus ad id munera iudicatus, quod illius dignitatis canonicatusve nomine praestare debet; in capitulum statim adscribatur; adscriptusque residentia fructus, ceteraque emolumenta percipiendi ius assequatur, illo abrogato faciendi per hebdomadam de eo periculi vsu.

## Decretum. XLI.

**Domus cōis** cui parochie adiudienda.

**DOMVS** quæ diuersis parochiali bus subest Ecclesijs, ei parochiali adiudicetur Ecclesiæ, in cuius parochia est ipsius domus ianua, per quam in eam frequentior est ingressus.

Quod si locus in quo est ianua, in utriusque parochiæ sit finibus; ei subiiciatur Parochio, in cuius parochia maior est illius dominus pars. si vero dom<sup>9</sup> ipsa equè in utraque sit parochia, ei parochiali ad dicatur Ecclesiæ, quæ ipsi domui propior esse cognoscatur; nisi Archiepiscopo quandoque aliud decernendum aliqua ratione videbitur.

## Decretum. XLII.

**Res ad certos pios v̄sus relictæ ne in alios v̄sus conuertantur.**

**QV**A ad certos v̄sus pios sunt relictæ, in alios etiam similes v̄sus ne conuertantur, ne necessitatibus quidem praetextu, etiam si testatoris hæredes ei rei assentiantur; nisi Archiepiscopus re perspecta eam praefiterit facultatem, quæ iu-

re permittente ab eo dari poterit illius permutationis causa.

## Decretum. XLIII.

**QV**A alicui presbyterorum collegio relicta sunt, vt ab eo pauperibus in eleemosinam erogentur; neque in totū neque in partem vniuerso illorum conuentui, neque alicui eiusdem confociationis clericō, ne paupertatis quidem praetextu distribuātur, nisi facultate scriptis ab Archiepiscopo impetrata.

## Decretum. XLIV.

**QVONIAM** v̄su compertum est, parochos plerosque, Litaniarum, & solennitatis Corporis Domini Nostri Iesu Christi tempore, absque magno suo suorumque Parochianorum incommodo.

do, ad Præposituras in quarum finibus habitant, se conferre non posse, vt priori Concilio diæcesano id ab eis faciendū esse statutum fuit: Idcirco vt ijs incommodis de opportuno remedio aliqua ex parte prouideatur, ij tantum parochi illis ipsis diebus ad Præposituras accedēt, qui ante decreti illius promulgationem ad eas se tunc conferre solebant; & ij præterea, q̄ uibus à Vicario illius regionis singulis annis mandabitur, vt ad eas accedant.

## Decretum. XLV.

**NE** villa bonorum ecclesiasticorum locatio fiat, ne ad breuissimum quidem tempus, nisi Notarius rogatus de ea locatione instrumentum confecerit.

**Locatio bonorum ecclesiasticorum** finis instrumento nè fiat.

Locator qui contrafecerit, arbitrio Archiepiscopi plebatur.

## Decretum. XLVI.

**IN** eleemosina pro defunctorum officiis distribuenda id omnino obseruetur, vt nemini, qui duas tuncmodo Missas, in eadem Ecclesia in qua officia fuit, pro mortuis celebraverit, tantum detur eleemosina, ac si tres Missas ibidē dixisset; etiam si in alia Ecclesia pro anima eius pro quo officia habebuntur, se celebrasce assentias: sed tertia eleemosina pars ei subtrahatur, quæ vnicuique tres Missas in eadem Ecclesia tunc celebrandæ erit.

**Eleemosina**

Eleemosina autem quae ipsa officia obeuntibus est distribuenda, in Ecclesia non detur.

Quod si sacerdos, cui ipsius officij onus incumbit, hoc non obseruauerit; ipse duobus multetur auctoritate; quae maledictio eius sit, qui culpam illam Archiepiscopo in urbe, aut Vicario foraneo in diecesi renunciarit.

## Decretum. XLVII.

**E**nī distri  
NVLLA eleemosinæ portio officio  
duatur item pro mortuis adscripti ijs clericis sacer-  
dotibus detur, qui Matutino, aut Missæ  
sacro quod pro mortuis fiet, solum in-  
terfuerint; sed ea portio ijs tantum di-  
stribuatur, qui non per substitutam per-  
sonam, sed ipsi in toto & matutino offi-  
cio & in Missæ sacro interfuerint; idq[ue] n[on] nisi testatoris voluntate aliud cauetur.

Matutino autem & Missæ sacro interfuerint se censeatur is, qui antequam prima pronunciatur lectio, in officio adfuerit, in eoque præsens perseverauerit usque in finem Missæ.

Si verò quid fortasse quod differri non patiatur, in aliqua Parochia acciderit, eamque ob causam illius Parochus officio non absoluto discedere cogatur; huic nihil de eleemosina detrahatur, quæ ijs singulis distribui debet, qui toto officio interfuerint.

Pro mortuis autem officium integrum peragatur, ita ut & tres nocturni, quemadmodum ritus postulat, dicantur; & id omne reliquum absolutur, quod ad illicius officij rationem pertinet.

## Decretum. XLVIII.

**T**randiū sa-  
cerdotibus  
funeris cau-  
sa vbi paran-  
dum.

CVM à defuncti hæreditibus vel pro pinquis parabitur ijs clericis ientaculum præmiumve, qui ad funus duendum, aut exequias, vel anniversaria pro mortuis celebranda conuenérint; domi tantummodo eius parochi paretur, in cuius Ecclesia aut parochia officia diuina pro defunctis fuerint absoluta.

Sacerdotibus verò, qui non vocati ad ipsa officia obeunda, vel ad celebrandum pro alicuius diei festi solennitate acceferint, portio nulla detur eleemosinæ illis officijs seu solennitatibus addictis; neq[ue] ad ientaculum præmiumve admittantur cæteris clericis paratum.

## Decretum. XLIX.

**A**NIMARVM curator, cuius pa-  
rochiae incola ad sepulcrum est efferen-  
dus, neminem clericum etiam regularē  
(nisi is vna cum Collegio suo sit) super-  
pellecum latus habens manicas, & ve-  
tem ad talos usque demissam non gera-  
tem, funeri interesse patiatur.

Habitus cle-  
ricorum in  
funere.

## Décretum. L.

**S**I ad exequias, funera, aliaque pro  
mortuis officia in aliqua non parochiali  
Ecclesia, etiam si collegiata sit, obeunda,  
alii Sacerdotes sunt accessendi; ad ea in  
primis vocetur parochus, intra cuius pa-  
rochiae limites ipsa est Ecclesia, in qua  
mortuis officia fient.

Ei tamen nè maior eleemosinæ portio,  
detur, quam ceteris singulis sacerdoti-  
bus, qui præsentes ministerium suum  
præstiterint.

Paroch⁹ ad  
officium p  
mortuis ia  
primis voc  
tux.

## Decretum. LI.

**P**AROCHVS, qui altaris pal-  
lium cuipiam etiā quauis dignitate pra-  
dicto, ad funus duendum, seu ad facien-  
das exequias commodauerit; suis sum-  
pribus aliud illi simile comparet, quod  
pro funeribus commodauerat; idq[ue] il-  
lius Ecclesia sit unde alterū acceperat.  
Pallium verò quod funeri aut exequijs  
faciendis commodatum erit, ad altaris  
vsum ne amplius adhibeatur, nisi Ar-  
chiepiscopi concessu.

Pallium al-  
tatis nè cui  
quam pro  
funerib⁹ co-  
modetur.

## Decretum. LI.

**D**E C R E T A quæ mox infra no-  
tata sunt, quotannis in Ecclesia, cum fre-  
quentissimus populus in Missæ sacro pre-  
fensi adest, de scripto, sermone tame⁹ vul-  
gari summam expresa legatur & pro-  
mulgentur certis ijs infra constitutis  
diebus.

Index de-  
cretorū que  
vulgari ser-  
mone certis  
annis dieb⁹  
promulgata  
sunt.

1 Tridentini Concilij Decretum con-  
tra eos qui clandestinum matrimonium de refor. c. 1 Seff. 24 dec.

attentauerint, legatur initio Anni, & Ca-  
lendis Nouembbris.

2 Eiusdem Concilij Decretum de ijs Seff. 15 dec.  
qui non solunt decimas, Calédis Maij,  
& primo Dominico die Septembbris.

3 Eiusdem Decretum de usurpatibus Seff. 22 dec.  
bona & iura ecclesiastica; & pars illa de refor. c. 6  
Bullæ die Cœnæ Domini latæ, quæ est 11.

contra